conscientiae felicitatem submitti posse amoris imperiis. illa libera
procerum colla dum formam tribuentes subiugate diligentiae. fas
sit de uobis adsuesci ut amplissimus in societate retineat. quem minor
adquiret. ludit de illis casus quibus obliuionem suorum indicet quos
ad celsa perducit. Apud scientem rerum relegere bona non est
admunitionis necessitas sed laudis occasio. Nouis fabricata ad bona
studia ingenii uestri tranquillitatem. quam ideo specialitem comme
moro ut ostendam ubi affectio solida est honoribus nil licere. sed
epistolarem transcendit terminum dum commendationi meae multos
inhereo. redeo ad officia paginalis alloqui et ualere te nuntians
prosperitatis uestrae auctorem secunda disquiro. finit.

UERSUS IN MISSORIO QUOD HABET LORICATUM IUUENEM
SUPER EQUUM TENENTEM UICTORIAM IN MANU

Ecce tenet uictrix primatum dextera numen uenit et ad reditum
non habet arma uiae. pugnacem gestans sonipes ptergaminatur.
Discat hyperboreis famosum germen in aruis naturae genium cum simulacra uidere.

VERSUS DE LEONE IN ARMOREO QUI AQUAM MITTIT IN DOMO

Aspice deposita blandum feritate leonem ore uom et limfas pectoris obsequio.
Unda fluet rostro dens mortis pocula mandit natura repedens belua nos satiat.
Effera dum uictos effundunt guttura fontes dira salutem feris caeda labatur aquis.

UERSUS IN BAPTESTERIO UCELLO FACTO SUBI PICTI SUNT
MARTYRES QUORUM RELIQUIAE CONDITE SUNT IBI

Conditor armenius supero quid dignus honore est hic peperit fonte uiuificantis aque.
Plena salute feris gestem in uiscera limfis ne sitiat potans contulit unda semel.
Rapta sepulturis animae uel corpora pistor funere uiua uidens moeseat in tumulos.
Illorum tamen iste locus complectitur actus quos paries faciem en ferens et alma fide.

EPIGRAMMA DE SCUTELLIS SEPTEM HABENTIBUS FERAS UEL DIANAM

Delia ceruus aper tigris leo bucula pardus
Ad portant mensis fercula docte tuis

EPIGRAMMA DE CONPOSTILE HABENTE SEPTEM CAUATES

Diuersis dapibus confinia proxima seruat
Dum claudit uariis fercula multa uiis.
Limitibus certis quod iunctus diuidit ordo.

./. aduena cui terror ridet in aste bonus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0193